11020 Ulo

cum omnibus eiusdem sortis utilitatibus et pertinentiis Cum

eius nullis exceptis in Suma Trium Sexagenarum polonicalium

exemptionem obligavit. Intromissionem iam exnunc admittit. Ex

cem tuitionem et Evictionem ab omnibus personis cavet

Sub Vadio simili. Et peremptoria coram officio praesenti in sione omnibus

in universum iuribus renuntiis et defen se dat abscribendo.

Wyssensky Quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castren Capitan Branscen

personaliter comparens Nobilis Petrus olim Joannis Woyno Za

groba de Woyny Pogorzel haeres sanus mente et corpore existens

palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Alber

tum olim Joannis Jurgiewicz Wyszenski licet quidem ipsum

anteriori tempore coram actis praesentibus Branscen de cau

sa infrascripta quietaverat, verum quoniam acta praesentia

a longo temporis spatio vacant denuo inhaerendo eidem

quietationi ipsum de Causa et Actione ad officium et iu

dicium Castren Branscen, Zone de totalibus et integris bo

nis mobilibus et immobilibus in haereditate Wyszonki Kosciel

ne et Dlonie sittis sibi recognitis per Nobilem Joannem et

Leonardum Kostrow modo debono inscripta violenter expul

sionis et possone pacda privuonis instituta, tum et Poena

Banitionis eo nomine obtenta ob praestitam pro praemissis

sufficien satisfactionem, quietat emittit et liberum fa

cit, ac processum totum cum Poena Banitionis ac toto

effectu Causae huius cassat et mortificat perpetuis

et aeternis temporibus.

Petrus Poplawski Canonicus Smolinscen Decanus Plebanus et Praepositus Branscen Secretarius Sacrae Regiae Mtis sanus mente et corpore existens palam ac liberé recognouit quia sibi Gnosa Anna Grothowska relicta consors olim Generosi Seuerini Malinowski de Kalnica haeredis in Decreto testamenti ultimae voluntatis olim Gnosi Seuerini Malinowski de Kalnica haeredis mariti sui per ipsam conscripto Triginta florenos polon pro necessitate et victu pauperum Xenodochij Branscen pie legatos ex integro persoluit, idcirco ipsam respectu eiusmodi Summae quietat et liberam facit, ac eosdem triginta florenos in ipsam Gnosam Grothowska viduam a dicta talicialem ab oneribus bona mariti sui exonerantem ac eius succores plenarie transfert et transfundit.

Wlosty olszanka Venditio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens Nobilis Venceslaus olim Raphaelis Wlostowski de Wlosty olszanka haeres sanus mente et corpore existens palam ac liberé recognouit quia Nobili Valentino olim Matthei Lubowicki de Lubowicz et Wlosty haeredi et ipsius posteris bonorum suorum per se a Nobili Alberto olim Andreae Wlostowski iure perpetuo quaesitorum in bonis Wlosty olszanka sitis quatuor sulcos inter agros Nobilium Stanislai Jakubik Wlostowski ex una et Andreae Wlostowski iacen, incipien a vico ad viam versus villam tenden, cum omnibus ac singulis utilitatibus fructibus prouentibus attinentiis et pertinentiis uniuersis pro Summa Sexcentum florenorum polon vendidit et perpetuis temporibus inscripsit. Cui eam ex nunc realem

intromissionem